



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

42. de omnipotentia Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

sub scientia vero semper sunt. Præscire enim definit, cum futura definunt esse. Neque tamē ea minus noscit quam antē cognoscebat.

De scientia autem dicimus, quod Deus semper scit omnia quae aliquando sciuit. omnē enim scientiā quam aliquando habet, semper habuit, & habet, & habebit. Sed opponitur: Olim sciuit mundū creandum, & nunc non scit eum creandum. Dicendū, quod idem scit de mundo quod ante creationem sciebat. sicut antiqui patres eundem Christū quem nos credimus crediderunt: quanvis illis & nobis diuersis modis enunciatus sit, quia illi ut nasciturum, nos ut natum suscepimus. eandem enim rem diuersis temporibus designamus.

DE OMNIPOTENTIA DEI.

DISTINCT. Quadragesimæ secundæ
CAP. Primum.

Deus omnia potest.

Nunc de Dei Omnipotentia agendum. qui quod omnia possit patet ex Aug. lib. Cap. 6 Quæst. Vet. & No. Test. Omnia quidem potest Deus, sed non facit, nisi quod conuenit eius veritati & iustitiæ. Si dicas, possumus aliqua quae non potest, ut ambulare, loqui, &c. Dicendū, quod illæ actiones à Dei potentia alienæ non sunt, sed ad ipsum pertinēt: non quod eas in se habeat, sed quod in creaturis eas possit operari: facit enim ut homo ambulet

&c. Non ergo per istas actiones diuinæ potentiæ detrahitur aliquid, & hoc potest face re omnipotens. Sunt autem aliæ actiones, quas non habet Deus, ut peccare, mētiri, &c. quæ potentia non sunt, sed infirmitatis. Vn-
de Aug. lib. 15. de Trinit. Magna, inquit, Dei care nō po Cap. 1. potētia est non posse mētiri, &c. & in lib. de test. Symbo. Deus omnipotens non potest mori, falli, aut vinci, &c.

CAP. Secundum. Deus dicitur omnipotens,
quia omnia quæ vult facit.

Hic ergo diligenter consideratibus omnipotentia eius secundum duo apparet, secundum quod omnia quæ vult facit, & nihil omnino patitur: sec. vtrunque enim omnipotens Deus verissimè prædicatur. quia nec aliquid est, quod ei ad patientium corruptionem inferre valeat: nec aliquid ad faciendum impedimentū adferre. Idem probatur auctoritate Aug. lib. de Spi. & Lit. Omnipotens est, non q̄ possit oīa facere: sed quia potest efficere quicquid vult: ita ut nihil valeat eius voluntati resistere quin compleatur. Cūm autē dicit, nō q̄ possit omnia, generaliter accepit oīa: vt etiā malā includeret, quæ Deus nō potest, nec vult. Non ergo intelligas negasse oīa quæ cōuenit ei posse. Si p̄iliter cūm dicit August. in Enchir. Nō ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniā quicquid vult potest:

E P I T O M E

non negat eum posse ea etiam quæ nō vult: sed aduersis illos qui dicebant Deum multa velle quæ non poterat: affirmat eum posse quicquid vult, & ex eo verè dici omnipotentē, non ob aliud, quām quia potest quicquid vult, scil. ex se & per se. Sed forte dices: Nec Dei Filius potest à se, nec Spiritus sanctus, sed solus Pater. ille enim potest à se, qui est à se, &c. Dicendum quod licet Filius non possit à se, nec operetur à se: potest tamen & operatur per se. sic & Spiritus sanctus. Nō ergo verè & propriè dicitur Deus omnipotēs: quia per se, id est naturali potētia potest quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Nihil enim vult fieri, quod non possit se facere per se vel per creaturas. Et nihil vult se posse quod non possit: & omne quod vult fieri, vult se posse: sed non omne quod vult se posse, vult fieri: si enim velit, fieret: quum voluntati eius nihil resistere possit.

Quid omnipotens.

D E Q V A N T I T A T E

Omnipotentiæ Dei.

D I S T I N C T . Quadragesimæ quintæ.
C A P . Vnicum.

*Deus potest alia & plura facere, &
quæ facit omittere.*

Q Vidam de sensu suo gloriantes, Dei potentiam sub mensura coarctare